Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Primae Lineae Doctrinae De Protestatione Cambiali

Hufeland, Gottlieb

Jenae, 1799

VD18 12256064

§. 49.

urn:nbn:de:gbv:45:1-8845

Visual Library

poſſe credas. Suffragantur etiam huic meae ſententiae plures juriscon ſulti. *)

§. 49.

Praeſentiam proteſtantis neceſſariam eſſe non duco **), cum notarius aperte ex ejus mandato agat.

§. 50.

Si vero ſpecialia ad proteſtationem cambialem notarialem requirenda indagare velis, iſta in contentis neceſſariis quaeras neceſſe eſt. Nempe eandem omnia continere oportet, ad quorum probationem iſta indigere poſſis; nimirum cambii exemplum accurate deſcriptum cum omnibus eidem inſcriptis indoſſamentis, ut tum de inſtrumenti cambialis identitate, tum quae ejus tempore proteſtationis fuerit conditio, liquide conſtet; porro omnem proteſtationis cauſam, originem et circumſtantias, id eſt, requiſitionem proteſtantis, nomen ejus, contra quem proteſtandum eſt, quaeſtionem ad hunc circa factum ab eodem perpetrandum directam, reſponſionem ejusdem plenam junctis rationibus, ſiquidem tales attulerit, omnia haec addita temporis et loci mentione; quibus omnibus denique proteſtatio requirentis de conſervando ſuo circa ſortem, uſuras et impenſas jure jungenda eſt ***).

*) Püttmann, l. c. *Car. Gottl.* Knorre in *rechtl. Abhandl. und Gutachten Abb.* II. §. 1. not. 1. pag. 29. Favent huic ſententiae etiam plures leges exoticae; e. g. *Middelburg.* ſtatut. de anno 1736. art. 5. — in Uhl. cont. III. pag. 101.

**) uti Püttmann. §. 111.

***) cf. e. g. de proteſtationis requiſitis *Allg. preuſs. LR.* P. II. §. 1039. ſqq., Beck, l. c., et alios.